

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia ak  
cum fonte primo

Ocium stulticiam, labor scientiam  
generat.

Sciencie labor in tria diuiditur, scilicet in  
laborem discipline, exercitii et  
doctrinae. In puericia labor discipline,  
in iuuentute exercitii, in senio doctrinae,  
ut que nescit in puericia discat, que  
didicit in iuuentute ad usum ducat, quod  
ad usum duxit in senio doceat.

Hugo de claustro anime libro II.

Otium stultitiam, labor scientiam  
generat. Est autem et labor et otium  
interioris hominis, est labor et otium  
exterioris. Labor interioris, labor  
scientiae: labor exterioris, exercitium  
operationis.

Scientiae labor in tria diuiditur, id est, in  
laborem disciplinae, exercitii et  
doctrinae. In pueritia labor disciplinae,  
in iuuentute exercitii, in senio doctrinae,  
ut qui nescit, in pueritia discat; quae  
didicit, in iuuentute ad usum ducat; quod  
ad usum duxit, in senio doceat.

Hugo de Folieto, *De claustro animae  
libri quatuor*, 2, 14 (PL 176, col.1062D).